Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Sitis ardens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO XLV.

AMOR DEI,

Sitis ardens.

Sitio, Domine, non materialem aquam, non bona terrena, ſed gaudia cœleſtia. *Sitio*, aquam illam, quæ poteſt levare omnem ſiti n cordis mei. *Sitio* te, aquam vivam perennem, divinam: quæ replet omnes appetitus, ac deſideria noſtra. *Sitio*, Domine, ſentio neceſſitatem, ſed remedium non invenio: video bonum, ſed vires non habeo ad conſequendum: ſcio, quod vellem facere, ſed non habeo robur ad exequendum: Recordare, Domine, quòd dixeris, *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Io. 7.* Sed quomodo, Nequis; quaſi non omnes haberent hanc ſitim. Atqui omnes deſiderant eſſe beati, ac felices: omnes habent ſitim ſummi Boni. Sed reſpondebis; Verè habent, ſed ſitis eſt falſa, falſarum aquarum Ægypti, quæ non valent reſtinguere ſitim, ſed magis accendere. Ego loquor de vera ſiti, veri boni, quod ego ſum. Ideo dixi, ſi quis; quia tales ſunt pauci.

Redeo ergo Domine, ad meam petitionem. *Sitio*, aquam aquam Divinitatis tuæ, in qua ſunt hæ duæ conditiones, quæ omnem ſitim extinguunt, Infinitas & æternitas; omne bonum, & per omne tempus, ſummum bonum, & ſumma duratio; infinita intenſio, & infinita extenſio. *Sitio*, pro aliqua relevatione, ſtillicidium conſolationum tuarum, quibus in hac vita refrigeras ſervos tuos; ſed iis non ſatior: aſpiro ad illam plenitudinem, ad illam inundationem, ad illud diluvium, quod *inhabitare facis* in vita futura. Illæ interim ſint noſtra, hoc in deſiderio.

Sed progredior ad ſecundam petitionem. *Sitio ſitim.* Non vis, ô dulcis Amor, extinguere meam ſitim pleni-

plenitudine tui gaudij ; ſaltem eam non adime: fac ardeat ſemper , & flagret cor meum deſiderio ſitque talis hæc ſitis , ut omnem aliam ſitim ab *Sitio Domine, ſitio ſitim*: cupio ſitim tuam habere ea ſemper creſcere , donec ardor ejus conſumat tam brevem , & in æternum permutet.

CONSIDERATIO XLVI.

AMOR DEI,

Sapor DEI.

GAudet cor veri amatoris, in amando Deo ſua cedine inexplicabili, ineffabili. Sentitur, gnoſcitur : experientiâ, non intellectu percipitur ſtatur, & non ſcitur, quid ſit. O ſapor Deitatis, paradiſi, ſuavitas infinita ! *Saporem quidem ſentio,* Bernardus, *dulcem adeò ſuavem adeò, & confor ut, ſi perficeretur in me , nihil ultrà quærerem. tenere, & ruminare volo , & dijudicare ejus ſtatim tranſit :* O ſaporem generoſum , ô ſapor ctorioſum ! ſimul primum ingreditur animam, eo corde omnem alium affectum , ac deſiderium terreni.

Da mihi, Domine , *victricem hanc delectat* hanc ſanctam ac divinam conſolationem, ut portem victoriam de inimicis meis, purificem ab omni eo, quod tu non es, & amplius creſcam ma tui divini Amoris.

Sed quis erit dignus tantâ gratiâ ? Audi S. B *Qui nullam præſentis vitæ recipit delectationem, illum quem diligit , medullitus ſuſpirat , ferv anxiatur*, Qui ſe liberum , & remotum ſervat delectatione mundi, quamvis licita, ſed non neceſſ & omni ſuâ cogitatione, deſiderio, & affectu anhelat ad æternum , & ſummum Bonum, quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN